



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CXLVIII. Parmen. fideicommissi de Scuffonis. De fideicommisso ordinato in easu inquisitionis de delicti An dicatur apertum per solam inquisitionem, & carcerationem, si inquisitus antè ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

14 respectivis receptam habemus super dicta conceptionis negatione, ex plenè collectis per *Fusar. quæst. 311. num. 29. & plenius per Addem. ad dec. 199. par. 3. rec. num. 73. cum sequen.* ubi allegantur *Scrapp. decis. 604. Cavaler. decis. 557. & ceteri*, & habetur pluries in præcedentibus ad hanc materiam, quando masculinum concepiat femininum.

15 Quod clarius convinci observabam, ex eo quod, in eventum in quem præfati substituti dicto præcepto non acquiescerent, sed molestias inferrent, eorum substitutionem ademit alio non dato substituto, undè liquet, hanc substitutionem ordinatam non esse ex consueto, ac generali substitutionum motivo, quod testator honoratorum extraneos hæredes abhorruerit, sed voluerit potius alterum de sanguine seu prædilectum successorem, adeo intraret dicta ratio majoris vel minoris prædilectionis, sed quod studiosè ac ad industriam eum dicta substitutione personali ad filios vel descendentes non transmissibili, & consequenter ab eo verisimiliter ut supra non sperata, quietantiam, ac liberationem à præfatis nepotibus reportare voluerit.

Hinc proinde cessare dicebam illud æquitatis motivum, in quo principaliter insistant *Aneharan*, & sequaces, cum data dicta correspondentia, atque substitutorum vocatione, magis ex causa onerosa quàm lucrativa, dicta æquitas potius esset in contrarium, sive illa iniquitatem, ac injuriam redoleret; Minusque intrat ratio absurdi, in qua potissimum decisio Senatus nimium se diffundit, cum ita non ageretur de merè benevola, & lucrativa dispositione resultantem ex solo motivo benevolentie, sed potius res se haberet in oppositum; Idroque semper magis edocemur, istas esse potius quæstiones facti, ac voluntatis, quàm juris, ex singulorum casuum particularibus circumstantiis, ac facti qualitate decidendas, non autem cum consueto improbo transcriptoris indigesto labore, confarcinando auctoritates, atque in earum arithmetico numero totam vim constituendo.

apertum per solam inquisitionem, & carcerationem, si inquisitus non condemnationem, vel contumaciam nem litis objit in carcere; Et de conclusione, An pœna non declarata vita possit declarari post mortem, que profecui causa criminis, Et illud dicatur fideicommissum personale, vel conditionale.

S V M M A R I V M.

- 1 **F**acti series.
- 2 Fideicommissum in casu delicti ordinatum etiam in legitima remissum.
- 3 Pœna non declarata in vita, non declarata post mortem.
- 4 De limitationibus dicta regula.
- 5 Quod in materia fideicommissaria, casu delicti non sit novus, & in quibus ista quæstio versetur.
- 6 Quando intrent limitationes, de quibus supra.
- 7 Quæ sint delicta, quæ percuriam offerant, percuriam testatoris, vel substitutorum.
- 8 De absurdo, si criminis causa profecui post mortem.
- 9 De differentia inter dispositionem penalem, & conditionalem, & quando delictum sui rationem dicitur, seu qualitas.
- 10 Ad carcerationem non proceditur sine indicio.
- 11 Pœnderantur plura familia super dicta differentia inter dispositionem legalem, & conditionalem.
- 12 Fideicommissum ordinatum in casu delicti, non habet certum effectum, impediendi confiscationem, que non intrat, isto effectu cessante.
- 13 Quod facilius intret transmissio, quàm revocatio sine.

DISC. EXLVIII.

PARMEN.
FIDEICOMMISSI
DE SCUFFONIS

P R O

SORORIBUS MARCHIONISSIS
DE SCUFFONIS

C V M

MARCHIONISSA LUCRETIA
DE CANTELLIS.

*Responsum pro veritate in causa tunc pendente,
postea concordata.*

De fideicommissio ordinato in casu inquisitionis & delicti, An dicatur

OCTAVIUS de Scuffonis instituit, in centio, Marco Antonio, Roberto, Philippo Maria filius cum reciprocis eos in portione morientis abique filiis, ad liquidatis dispositionibus ad rem non factis, & capitulum separatam, hortando omnes ad benevidendum, casu quo aliquis paraverit, vel paraverit putatus fuerit delictum, per quod Principum nationem incurreret, itaut bona in toto vel in parte confiscanda venirent, cum præambula benevavit, atque indignum & incapacem delictum, vocando superstitibus non delinquentes, convocando ad restituendum delinquenti, quatenus gratiam restitueretur; Cum autem per mortem Roberti ac Philippi Mariae sine prole, hæreditas consolidata esset in Marco Antonio & Vincentio, atque primo defuncto superstitibus tribus filiis, Alter post factam quandam donationem uxori, imputatus de delicto, priusquam evocatus natus, vel inter reos constitutus esset, in carcere obijisset; Hinc ejus uxore pulsanæ partem Marci Antonii filias dicti Vincentii legittimas ab intestato hæredes pro implemento dictæ dispositionis, excipiebant ista ad id non tenentur

bus fundamentis, Primò scilicet nullitatis dictæ donationis inter conjuges à Statuto Parmensi reul-tantibus. Secundo quatenus hæc nullitas non subsisteret, ex fideicommissio ad favorem ipsarum tanquam filiarum in eonditione positarum etiam ad portionem patris; Et tertio ex altero fideicommissio ut supra ordinato in casu delicti, in hoc autem ultimo magis insistebatur utpotè pinguiori, legitimam quoque complectente, dum ex magis communi ventius videtur talem dispositionem etiam in legitima substitueri, ex iis, quæ ad materiam confiscationis habentur sub tit. de Regal. discurs. 160. Cumque super hoc ultimo fideicommissio in casu delicti inter eandem pupillarum Advocatos, ac defensores aliqua adesse discrepantia, an illud esset deducibile, & sustentabile, dum relinquens in vita condemnatus non fuerat; Hinc proinde desuper meum expectatum fuit votum pro veritate, tam super hoc quam super altero fideicommissio, quod prætendebatur resultare ad favorem filiorum in eonditione positorum, atque difficultates à me insinuatæ ac respectivè promotæ faciunt fortè concordiam, quæ controverfiæ finem dedit.

Neglectis igitur deductis super dicto altero puncto vocationis filiorum in eonditione positorum etiam ad portionem patris, de quo satis actum est in præcedentibus ad hanc materiam; Quatenus pertinet ad alterum fideicommissum in casu delicti, per quod puellis reis conventis ut supra magis consultum remansisset ob inclusionem legitimam, quæ aliàs in casu dicti alterius fideicommissi, ad eum sufficiebat; Punctus difficultatis erat, an stante quod dictus Vincentius ante condemnationem vel contestationem litis obiisset, dici posset dicto fideicommissio locum factum esse, necne.

Dubitantes insistebant in regula, quæ ex magis communi, ac recepta opinione hodie constituta videtur, ut pena non declarari in vita declarari non possit post mortem ad rex in l. finali Cod. ad leg. Julianam de adulteriis & in l. Caius ff. ad Sillaniam cum concord. de quibus post antiquiores ab eis relatos late Barbosa in l. 2. par. 1. in princ. ff. solut. matrim. num. 130. cum sequen. Gabr. lib. 7. de delictis conclus. 31. Farinas. quest. 142. num. 59 cum sequen. Faslar. quest. 523. num. 5. & 6. Greg. & Adden. decis. 529. Rota decis. 143. par. 10. rec. & alius, & conferunt quæ in materia delicti terminati per mortem habentur sub titulo de Regal. disc. 119.

E conversò alii in hoc motivo insistentes, non negando regulam, credebant intrare aliquas ex limitationibus illi tradi solitis, inter quas dicebant tres esse applicabiles ad casum, canonizatas apud eosdem supra allegatos; Primò scilicet, ubi de pena obijciatur excipiendo, quasi quod regula procedat solum agendo; Secundo ubi concurreret ignorantia ejus cujus favore pena incurta est, quam ignorantiam in hac facti specie supponebant indubitatum, cum ageretur de pupillis, imò infantibus; Et tertio ubi ageretur de pena, cujus incurtus demandatus esset ipso jure, quæ circumstantia ex testamentaria lege resultabat, dum testator expressè dictam incapacitatem ordinaverat ipso jure, ipsoque facto absque alio iudicis facto vel ministerio.

Respondendo igitur, atque satendo in his terminis fideicommissaris casum mihi esse novum, dum pro toto tempore vitæ forensis, neque mihi contingeret disputandus, neque quod aliàs particulariter disputatus esset innotesceret, cum hodie penè antiquatis hujusmodi questionibus, quæ inter conjuges ratione adulterii apud antiquos Romanos erant fre-

quentes, hujusmodi materia in foro solum audiri soleat in proposito caducitatis incurtendæ per emphyteutam, ex iis quæ ultra supra allegatos collecta habentur per Fulgin. de emphyteusi tit. de variis adu-sitatibus quest. 8. Sive admittat, inter donantem & donarium juxta terminos textus in l. finali Cod. de revoc. donat. licet pariter in hac donationum materia id nunquam ex isto capite disputaverim vel disputatum viderim, bene tamen frequenter agi soleat de revoluzione donationis juxta terminos textus in l. 1. & 2. C. de donat. quæ sub mod. ut, in sua materia sub tit. de donat.

Pro meo tamen iudicio dicebam, quod procedendo cum terminis pænæ, clarum videretur malum jus dictarum pupillarum de isto pænali fideicommissio excipientium ob dictas limitationes, cum rationes, quibus eadem limitationes innituntur, percutiant casum in quo delictum contineat injuriam ejus ad cujus favorem per legem vel per hominem illata est pænna ipsi injuriato vel offenso applicanda; Ut e. g. est pænna amissionis dotis, quæ uxori adulteræ ad favorem viri injicitur; Vel amissionis lucri in viro adultero, seu aliàs male agente cum uxore; Aut illa caducitatis emphyteuta vel feudataria ad favorem domini ob felloniam seu alienationem, aut domini denegationem cum similibus; & in his terminis procedunt omnia deducta apud superius allegatos, atque intrat questio, an etiam post mortem detur causæ prosequutio, ac pænna declaratio.

Extranei autem mihi videbantur isti termini à casu controverfiæ, dum gravatus supponebatur inquisitus de homicidio aliisque delictis, quæ neque directè neque indirectè aliquam testatoris vel substitutorum offensam seu injuriam continebant; Delicta enim, quæ testatoris offensam vel successorum præjudicium continere dicuntur, sunt illa, quæ percutiunt contraventionem præcepti seu voluntatis ipsius testatoris, ejusque injuriam, ac ingratitude præferre videntur, ut est e. g. desertio cognominis & insignium sive dolosa alienatio bonorum, quorum conservationem testator enixè desideravit, cum similibus, de quibus proximè infra ad materiam fideicommissi pænalis ob alienationem vel aliam contraventionem, in præmissis enim casibus ille ad cujus favorem ita dispositum est, habet interesse formale, talisque pænna sibi debita videtur tanquam præmium offensæ vel injuriæ, ac in ejus contemplationem.

Atque mihi satis ardebat judiciofa consideratio facta per unum ex dictis Advocatis inter se contententibus qui opinabatur istud fideicommissum non esse sustentabile, quod scilicet si daremus, ut etiam post mortem delinquentis substituto concedendum esset causam criminis prosequi, atque probationes supplere, ut ita declararetur factum esse casum fideicommissi, maximum resultaret absurdum, quod filii, vel attinentes mortentis, ut æris alieni solutionem, aliorumque onerum implementum evitarent, curarent parentis vel conjuncti memoriam ita infamare, indagando crimina forsitan per eos parata, pro quibus casus non dedisset inquiri vel condemnari, quo nihil absurdius.

Hinc concludendo adhærebam voto reprobantium istud fideicommissum. Verùm, ut aliquid superadderem, quod prætensionem cohonestaret pro concordia inducenda & facilitanda, ut sequutum fuit; Observabam præmissa procedere retentis terminis pænalitatis, quod scilicet privatio delinquentis sub substitutione ad alterius favorem adjecta esset

esse per viam pœnæ pro delicto seu contraventione, quibus terminis retentis, certum videbatur, quod ponderata in objectum bene procederet; Cautius autem videri, ut qualitas delicti seu imputationis deduceretur tanquam conditio, sub qua fideicommissum ordinatum erat, quod scilicet testator desideraverit penes institutos, ac substitutos qualitatem vitæ innocentis, & gratiæ Principis, sine quibus successio obtineri vel retineri non posset, dum posuerat in conditione non solum patrationem, quæ cum perfecta probatione justificanda esset, sed etiam imputationem, cujus conditio purificata erat, stante nedum processatione, sed etiam subsequuta arcta & rigorosa carceratione, quæ in hujusmodi præsertim personis adeo qualificatis, atque in eo Principatu primariam ac magnatitiam figuram facientibus practicari non solet, nisi urgentibus gravibus inditiis, quæ generaliter pro cujuscumque carceratione requiruntur, ex deductis per *Farinac. q. 27. nu. 111. cum sequen. Rovit. super pragm. 1. de custodia reorum & communiter.*

Ponderando in proposito eam differentiam, quam infra in *Bonon. de Fontana, & in Civit. Castell. disc. 157. & 158.* aliisque ibi proximis, habemus de fideicommissis ordinatis in casu alienationis, quod aliud est considerare alienationem tanquam delictum ad effectum caducitatis ac fideicommissi pœnalis, aliud verò eandem tanquam conditionem sub qua substitutio ordinata sit; Et magis proximè ea quæ habemus supra in *Romana fideicommissi de Cuppis, & Bonon. de Bonifolii disc. 63. & 64.* cum ibi proximis super exclusione Religiosorum, seu vitæ ecclesiasticæ profitentium, quod si illorum exclusio consideraretur tanquam pœnalis, utique dispositio irrita remaneret utpote turpis, bene tamen subsisteret tanquam conditionalis seu qualificativa, quod scilicet testator noluit ejus hereditatem possideri nisi per habentes qualitatem status sæcularis, & sic quod clericatus vel vita religiosa importaret successioneis amissionem, non per viam pœnæ sed per viam deficientis qualitatis, juxta ea quæ in proposito incapacitatis clericorum assequendi, vel retinendi feuda sæcularia habentur in sua materia *sub tit. de feudis disc. 54. cū similibus*; Ac etiam ponderatis iis quæ habentur supra in *Bonon. fideicom. de Guidotti disc. 44.* super exclusionem mulierum, quæ uxorate essent, ita tollendo objectum viduitatis in jure damnatæ; Et conferunt, quæ proximè infra habentur in *Neapolitana hereditatis & in Romana heredit. de Rubens disc. 154 & 155.* inter conditionem & modum eam similibus.

Sincerè tamen pro stylo insinuabam, hujusmodi considerationem, deducibilem quidem pro dicto honesto fine parandi ac facilitandi concordiam, continere consuetas Advocatorum & Confulentium subtilitates, & acumina, nullatenus verò subsistere, quamvis n. distinctio sit vera, præmissis aliis casibus rectè adaptabilis, non tamen erat applicabilis ad casum, quoniam juxta ea quæ habentur deducta in tunc jam disputata *Romana hereditatis de Musis disc. sequen. & in aliis proximè sequentibus*, hujusmodi substitutiones respiciunt certum finem ac effectum, impediendi scilicet confiscationem, unde propterea ipsis gravatis ac delinquentibus potius favorabiles dicuntur ob spem reintegrationis, & ex qua ratione magis receptum est legitimam quoque compræhendi ex deductis *d. disc. 160. sub tit. de Regal.* Et consequenter ubi effectus confiscationis non resultat, solum delictum non sufficit, quamvis verum ac probatum esset; Fortius verò ad

effectum præsentis controversiæ, quæ non erat hærede delinquentis veniente jure sacrosancto erat eum eo in quem ipse vivens bona dicitur vel hypothecaverat, adeo ut etiam si factus casus confiscationis, fisco tanquam hæres commolus teneretur ad observantiam contractuum fraudem initi ante delictum ex deductis *disc. sub tit. de Regal.* Unde propterea aliud non potest videri motivum probabile, nisi vel invaliditatis donationis, vel alterum fideicommissi restitutorii ex voceatione filiorum in conditione positurum, etiam ad portionem patris, quæ laudabam, stante quod testator ulterius institutum dederat, ut procederetur magis per transmissionis, quæ facillius inducitur, quam viam vocacionis quæ ubi non est ad portionem patris sed patris, est longe difficilior, juxta ea quæ habentur supra in *Firmana disc. 98. & in aliis proximis*; meritò autem erat causa commoda digna.

De L
ne
Testan
et ca
99
9

ROMANA
HEREDITATIS
DE MUSSIS.

PRO

PIO FRANCISCO DE RUBENS

CPM

CAROLO MUSSO.

Causa decisus de Rotam pro Francisco.

De fideicommissis ordinatis in casibus criminis læsæ Majestatis divine & humanæ, an purificatum dicantur eo quod gravatus sacerdotem non dederit; Et an huiusmodi substitutionibus locus fiat ex solo delicto, quæ eo quod sequatur effectus confiscationis.

SUMMARIUM.

- 1 **F**acti series.
- 2 De confiscatione bonorum ob homicidium.
- 3 Homicidium in persona Sacerdotis an dicatur læsæ Majestatis.
- 4 Solum delictum, nisi sequatur, confiscatio, non facit locum substitutioni.

DISC. CIL

Nicolaus Musso celeberrimus conditor Cornelio Musso Episcopo Bivertina quoque truo magno non inferior, aliisque virtutibus scientiis ornatissimus, mihi arcta familiaritate junctissimus, cum floridissimi ingenii Carolus ex fratre nepos ab eo dilectus, ob aliqua